



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 31. Synodi translatio a viginti octo Præsulibus approbata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI. deesse contendebant, petentes, ut pri-
A.C. 1547. us hac super re Pontificis, Cæsarisque
 voluntas exploraretur: Verum Michael
 Sarrafinus Archiepiscopus Matteranus
 quamvis & ipse Caroli V. Imperio esset
 obnoxius, cunctas hasce Hispanorum
 rationes strenue confutavit, ac Legatos
 in transferenda Synodo meliorem par-
 tem elegisse ostendit: Cum vero ex
 Constantiensi Concilio objiceretur, quod
 ejusmodi translationes sine duarum ex
 tribus partibus consensu fieri non pos-
 sint, ad hæc Campegius Feltrensis E-
 piscopus reposuit, Tridentinæ Synodo
 utpote posteriori ea, quæ prius Con-
 cilium decrevit, immutandi facultatem
 competere. Verum vanæ erant omnes
 hæ disceptationes, cum eorum, qui
 translationem cupiebant, numerus lon-
 ge duas suffragantium partes excederet,
 quinimo Britonoriensis, & Salutiarum
 Antistites Turrítani rationes egregie
 refellebant.

§. XXXI.

*Synodi translatio a viginti octo Præ-
 sulibus approbata.*

Pallav. c. 15. **M**arcus Vigerius Senogalliensis Epi-
num 10. scopus præ ceteris, ut fertur, ef-
 ficacius pro transferenda Synodo per-
 orabat

orabat (*) hæc effatus, *videtur mihi Synodus transportanda, propterea, quod necessarium id credatur, sed ad conciliandos contradicentium animos, atque ad consilii societatem adducendos, satius duco, quod ita Tridento Patres decedant, ut simul iurjurando se obstringant, se illuc redituros, ubi Romano Pontifici, atque ipsi Synodo in rem Christianæ Reipublicæ id videretur: quod si satis non esset ad schismatis periculum evitandum, Tridenti potius mortem oppetendam arbitror, quam cum vitæ incolumitate unitatem Ecclesiæ in discrimen adducere.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1547.

His Claudius Guischius Agathensis Episcopus natione Gallus addidit, quod nondum certi quicquam hac super re statuerit; cum autem Paccucus hujus Præsulis suffragio ceteros Gallicæ nationis Viros ad sua studia pertrahendos speraret, hinc Claudium vehementer urge-

(*) Si ita est, qua ratione igitur Continuator hunc Episcopum accensere potuit illis, qui translationi obsistebant; cum tamen ipsi haud incognitum esse potuerit, quod Pallavicinus l. 9. cap. 15. num. 7. Paulum Sarpium eam ob culpam his verbis redarguerit: *Omittendam haud putaverim Vigerii sententiam, ut appareat, quantum a vero aberraverit Suavis, dum inter adversantes translationi illum connumerat.*